

EPISTOLA.

34. S. S. 22

S

285


non
schemato
vif.

Kempensi, *sue auctoris librorum de Imitatione Christi*, variis in disquisitionibus ultro citroque editis, dicta sunt. Et muneris pariter mei, atque instituta olim à me, de Artis Typographicæ inuentione, dissertationis esse existimaui; ut illa Ioanni Fausto, Cui Moguntino, contra multorum in me calumnias asseratur, qui cum argumentis omnibus, quibus res aliqua certissime probari potest, innixum, suis tamen somniis, aut futilibus testimoniis, detrudere ab eius gloria possessione, contendunt; nihilque non moliuntur, ut quemadmodum Centauri nubes pro Iunone, sic ipsi stramineos homines, pro vero Typographia inuentione, mali-tiáne dicam, an stupore, aut rerum etiam notissimarum ignoratione, bonis omnibus & incautis obtrudant. Atque hac tria negotia, cum vel solius veritatis tuenda gratia, recipere in me debuisssem: Certe, ut istud tamen libentius facerem, calcar insuper addidit, & honoris mei quem cœnobita illi, testimonio meo de tribus eorum MS. vitiatas, adulteratisque, ad insitias redacti, furenter impetunt, quamquam serpentis illius instar qui in officina ferraria, dentem infregit solido. Et grauissimorum hominum efflagitatio, qui mecum quotidie agunt, ut libe-

rata iam à M. S. Romanorum technis & imposturis causa Kempensi, quid censeam de rationibus, & tibicinibus aliis, quibus hanc veluti domum ruentem fulcire nonnulli contendunt, libenter aperiam. Hoc vero iudicium meum, quanquam mihi non ita blandior, ut momenti alicuius esse putem, post tot elaboratissimas disceptationes à Rosueidis, Frontonibus, Carreis, Hesperis, Faraudis, Chiffletiiis, hominibus sane eruditissimis, maxima cum ingenij, diligentia, & iudicij laude feliciter hac de re susceptas; non despero tamen, quin mihi etiam in hac amplissima messe errorum, in tot nugis & leuibus coniecturis quibus, Benedictini illi Asceta, libros suos referciunt euellendis spicilegium aliquod aggredienti, si non aliunde, saltem à veritatis defensione laus accedat. Quam dum alacriter suscipio, dum enixè contendo, ut è tenebris, ex Lauerna claustris, ex Democriti puteo, in claram hominum lucem prodeat; certe hoc unum mirifice me ab expensis, molestiisque forensibus solatur & recreat, quòd denios excessus liticularum querere, crebraque prouocationum diuerticula consectari, quemadmodum Reuerendi illi cœnobita faciunt, litigatoris est improbi, fugacis, & sibi ad pudorem usque male

conscij; secus enim tota contestatio tribus ver-
bis, & qualibet in Basilica, imo vero sub ulmo,
vel pergula Coridonis, aut Menalca sententiis
diudicari posset. Contendo. Siquidem tres illos
M.S. codices quos Romæ Eminentissimo Car-
dinali à Balneo exhibuerunt, cum Parisiis de
excudendo in Regia Lupara, libello de Imita-
tione Christi, ageretur, non manifesta tantum,
sed puida, ac miro cum stupore excogitata fal-
sitatis vitio laborare; Et nisi ex ipsorummet co-
dicum inspectione, fraus illa in omnium statim
oculos incurrat, nisi apertè se prodatur, multam
mibi indici non sexagenariam, sed mille libra-
rum, aut grauiorem etiam, si ludicibus ita vi-
deatur, non recusò. Quid igitur morâ, quid
effugiis, quid vadimonij desertione opus est?
proferantur iterum ex Bibliotheca Aniciana
qua Romæ Benedictinorum est, eiusmodi codi-
ces, videantur, excutiantur, & qui delectorum
ad id muneris hominum iudiciis stare noluerit,
is demum causa cecidisse ab omnibus censeatur.
Vides igitur Præsul Illustrissime, ut postula-
tione mea nihil sit æquius, nihil clarius, vides
etiam ut exhibitione codicum illorum, quam
ego non urgere, sed Benedictini ipsi offerre ultro
deberent, nihil sit facilius; sed vereor tamen ut

occultis illorum tergiuersationibus occurrere, tam sit arduum mihi & difficile, quàm omnino certum est, à veritatis patrocinio, nullis unquã molestiis aut offensionibus discedere. Atque hanc mentem cum mihi & natura indiderit, & exemplum etiam confirmarit, quod in suavissima vita ratione, qua mihi tecum Romæ communis extitit, non semel dedisti: ex eo profecto fit, ut minus quoque timeam, ne illa tibi non summopere probetur, licet cum aliquo forsân rerum tuarum detrimento sit coniuncta; nam absque illis occupationibus fuisset, eas diligentius sane, ac maiori cum affectus & obsequij in me tui significatione, curare potuissem. Vale Præsul Integerrime, & quemadmodum hæcenus fecisti, amare me & tueri non desine. Parisiis I V. Kalend. Septembr.



IOSEPH. MARIA

SVARESIUS

EPISCOPVS VASIONENSIS,

Clarissimo, & Eruditissimo Viro

D. GABRIELI NAVDÆO,

PARISINO,

Eminentissimi Cardinalis MAZARINI à Bibliotheca: &
Artigiæ in Lemouic. Priori meritissimo, F.*Clarissime & Eruditissime Vir.*V. M. in Eminentissimi Cardinalis *Francisci**Barberini* S. R. E. Vicecancellarij (quem uti *Eunapius*Longinum Μουσειον περιπατων, uti *Mar-*cellum ἀπερτὸν ἐμφορον, uti S. Basilium *vi-**uas Athenas optimarum artium, iure dixe-*

rim) Bibliotheca instructissima, & locupletissima Ro-

mæ, dulci, atque literato fruerer otio; meditabar ip-

sius auspicijs Historiam ab orbe condito, ad captam

vsque à Turcis Constantinoplim, Græcè, Latineque

contextam è Græcis auctoribus, qui nec dum Græcè

prodierant in lucem, typis edere, eidemque notas at-

texere cogitabam, ut indicavit in Apibus vrbanis Eru-

ditus, & amicus vir *Leo Allatius*, qui opem quoque su-

am mihi prolixè, benigneque pollicitus fuerat. Et in

fronte quidem collocatè statueram, Chronographiam

Georgij Syncelli ab origine mundi ad Diocletianum Au-

gustum Græcè concinnatam, quæ necdum lucem as-

pexerat. Fuit hic Georgius monachus & Abbas, atque

Tarasij Patriarchæ Constantinopolitani Syncellus;

in visa
Porphyrij.
Suidas in
*Μάρκιλλ.**S. Gregor.*
*Nazian.**anno 1633.*
P. 168.

in animad-
vers. ad
Euseb. f. 4.
prafai. &
14.

l. 2. c. 24.
de G. ac.
Scriptor. è
Cedreno,
Glyca, &
Tzetze.

æqualis temporum Caroli Magni; Eusebium autem, cuius Chronicon, nihil est aliud quàm Chronicon Africani recoëctum, insectatur passim (vt observarunt *Josephus Scaliger* & *Ioannes Gerardus Vossius*,) cum tamen Eusebij totum illud opus totidem verbis transfuderit in sua Chronica, quæ instituit anno DCCXCII. à Christo nato, & XC. ante Caroli Magni excessum, indictione prima inuenta, sed morte oppressus non perfecit, defecitque in Diocletiano. Ista vero Chronographia cùm tantum ἀκεφάλως haberetur in Vaticanæ Bibliothecæ Codice Palatino CCXLVI. MS. cuius Character præfert ætatem annorum DC. cum hac inscriptione, Γεωργίου τῆ Διλαβειάτου Μοναχοῦ καὶ Συγκέλλου γεγονότος Ταρασίου τῆ Ἀγιώτατου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Συναγῆς, ἢ τοι Χρονογραφία ἐν Ἐπιτομῇ τοῦ βασιλείας Ἰουλίου Καίσαρος Ρωμίων, & cum hoc principio. Πομπῆσις πολιορκία λάβων τὰ ἱεροσόλημα, &c. desideratur veto ea pars, quæ est à constitutione mundi, extareque in Regiâ Bibliotheca Parisiis Codicem eiusdem Chronici, cuius titulus est. ἐκλογή χρονολογίας συναγῆσις ὑπὸ Γεωργίου, didicissem à supra scripto *Scaligero*, & è schedula in eodem Codice Palatino inuenta, quamvis *Scaliger* ipse conqueratur Regium istum etiam mutilatum, idque colligat vel è lemmate operis ad hunc modum concepto *παρίκβολαι διὰ τὸ Γεωργίου Συγκέλλου*, scripsi Lutetiam Parisiorum ad amicum, vt Codicem illum exscribi, & ad Eminentissimum Cardinalem *Barberinum* transmitti curaret, quò priorem partem, quæ deest in Vaticano, si forte Regius ipsam contineret, explerem. Codex interea Vaticanus, seu Palatinus potius, Eminentissimi Cardinalis *Barberini* iussu exscriptus, eiusque Bibliothecæ fuit illatus, simulque propter similitudinem operis, & prænominis Codex alius Vaticanus CLIII. cuius Epigraphæ ἱστορία Χρονική, seu Χρονικὸν συνῆκται Γεωργίου μοναχοῦ qui gaudet vocari ἀμῦρτωλὸς, quemque *Meursius* laudat,

in Michae-
le Impera-
tore; in

dat, cuius πρόλογος incipit πολλοὶ μὲν τ' ἔξω Φιλολόγοι, &c. *Lexico Græco. Barbaro in*
 simul publici iuris facere decreueram Latinitate donatum, atque notis illustratum. *† Prætorium.*

Enimvero quoniam utrique Codici Vaticano, sicut & Regio subdebatur Historia *Theophanis*, qui familiaris *Georgij Syncelli* fuerat, illumque excipiebat, ac subsequeretur, pertexens telam Historicam, seu Chronographiam annorum D X I I X. ab anno primo Imperij Diocletiani ad annum secundum Michaelis Trauli, & Theophili eius filij, siue ad Michaellem filium Theophili; hicque *Theophanes* Georgius etiam prænominatur & ἀμάτωλον se cognominat, fuitque Monachus, & Abbas Agri, quin & Confessor, siue ὁμολογήτης, amicusque γνήσιος *Georgij Syncelli*, cuius mortis hortatu, & mandato, inceptam ab eo Chronographiam, & perductam ad Diocletianum prosequutus est, ut ipse profitetur in præfatione, delibans è variis scriptoribus, & excerpens; Nicetas vero David Paphlago in vita S. Ignatij Patriarchæ Constantinopolitani hæc de illo memorat, οὕτω ἢ τὴν μίλλουσα ἐπ' αὐτὸν (Ignatium nempe) ἐμφανισθεὶς χάριν τῆς ἱεραρχίας, ὁ θαυμάσιος τῆς ὁρῶσιν ἐπιδείκνυεν, ὡς ἐν Θεοφάνει ἐκείνῳ τὸν μέγα ἐν τοῖς ὑπερδυσθεῖαι ἀγῶσι, καὶ πόλῳ ἐν σημείοις, καὶ θαύμασι τὸν τῆ καλουμένης Συρηιανῆς λέγω μόνῃς οἰκιστῆ, ἁπλοδαμηκότῳ πρὸς αὐτὸν τῷ μακαριώτῳ ἐπὶ τυχαίῳ ἐν τῷ ὁδοίῳ, ὡς λόγος, ἁπλοδαμῆν, καὶ ὡς πάλαι ἀρχὴν αὐτὸν ἀλογεῖν.)
 Quia (inquam) utrique Codici Vaticano, tam *Georgij Syncelli*, quam *Hamartoli*, annexa erat *Theophanis* Historia, & porrigebatur ad Michaellem Theophili filium, & nepotem Michaelis Trauli, qui Theophili filius puer imperavit, Historiam *Theophanis* exscribi, & in Bibliotheca *Barberina* reponi curavi, eamque in Latinum vertere aggressus eram, sed *Anastasi* Bibliothecarij sedis Apolliticæ, qui natione Græcus, dictione Latinus anno DCCCLX. floruit, excerpationem mihi pollicitus fuit *Petrus Veronensis* Abbas sancti Marthæ Ord-

P. 308.
 post οὐρανὴν
 nam Synodum.

nis sancti Benedicti, compilatam tum è Chronographia *Georgij*, incipientè à Pompeio capiente Hierosoly-
 ma, & desinente in Diocletianum; tum è Theophanis
 Chronico inde ad Leonem, qui post Michalem Curo-
 palaten, seu Rancabum sancti Ignatij Patriarchæ Con-
 stantinopolitani patrem imperavit, id est, ad annum à
 Christo nato DCCCXIV, seu DCCXCVI. producto, uti
 patet ex ipsius *Anastasij* præfatione ad Ioannem Leui-
 tam, quam è codice Casinensi exaratam, mihi præmi-
 serat idem Pectus, cuique præfixa erat Chronographia
Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani ab Adam ad
 Theophilum, seu Theophylactum Michaëlis filium.
 Itaque ab incepta versione destiti, cum præsertim
Theophanus Latinum interpretem, auctorem Historiæ
 miscellæ esse in his quæ scripsit à libro vigesimo septi-
 mo, siue à Tyberio secundo, annoque Christi ortus
 D L X X I. vsque ad calcem libri vigesimi quarti, siue
 Leonis supra scripti Armeniaci Imperium, docuisset
 me laudatus *Vossius*, qui dubitat an hic *Theophanus* sit
 idem cum *Theophane Byzansio*, cuius è libris decem ex-
 cepta de Iustino, & Chosroë apud *Photium* exstant.
 Cardinalis quidem *Baronius* Historiam Miscellam, quæ
Paulo Diacono Aquileiensi tribuitur, è Græco versam
 in Latinum, ab *Anastasio* Bibliothecario vult, & Theo-
 phanem istum Historiographum, & Præfectum Agri-
 Monasterio Confessorem, licet illustrem à tribus aliis
 distinguit, & vsque ad Nicephorum, seu ad obitum
 Nicephori Logothetæ, à Maximiniano protelasse Hi-
 storiam ex Anastasio, & Cedreno tradit. *Sylburgius* qui
 Palatino in Codice C C X L V I. è pagina quinquagesi-
 ma septima ubi Theophanis exordium est, notas mar-
 gini appinxit, fragmentum eiusdem de Moammedicæ
 sectæ origine, cum versione ex *Anastasio* Bibliotheca-
 rio deprompta, emisit in lucem in Historia Saraceni-
 ca, sicut & R. P. *Dionysius Petavius* inseruit aliud, notis
 suis ad *Nicephori* Patriarchæ Constantinopolitani Bre-
 uiarium

myriobiblo
 Co. L X I V.

Tomo 1.
 Annal.
 Eccles. ad
 annum 45.
 & 306.
 in not. ad
 martyrol.
 Rom. die
 quarta
 Decemb.

uiarium Historicum ab Imperio Mauritij ad Constantini Copronymi æuum, quod anno à Virginis partu $\epsilon\iota\delta\iota\omicron\epsilon\chi\upsilon\iota$. publicatum est; Quando vero *Scaliger*, & *Vossius* Georgium Cedrenum Monachum, verbatim *in Græca Eusebii παροδῶνως ἰστορίας*. C. 26. *Georgij Syncelli*, & *Theophanis* Chronica descripsisse asserunt, & retulisse in suam synopsis, siue compendium quod ab initio mundi ad Isaaci Comneni tempora, & annum à Christo nato $M L V I I$, seu $M L I X$ exstat, adiunxisseque dumtaxat ea, quæ à morte Nicephori Logothetæ, seu à Michaeli Theophili filio, ad Isaacium Comnenum contigerunt, confectæ animus erat *Cedreni* Synopsis cum *Georgij Syncelli*, & *Theophanis* Chronicis, quamvis & Synopsis illa breuiatorium manus non effugerit, nam quæ habemus sunt tantum excerpta; unde *Leunclanius* scribit aliquot Cedreni folia penes se *in Notis ad Annal. Turc.* fuisse, quæ desunt in editis; & *Scaliger* apud Syncellum, paginam integram reperit; & quædam alia, quæ nusquam sunt in editione vulgata, contuleram enim iam Synopsis *Cedreni* editam, cum versione Latina Xylandri Basileæ anno $M D L X V I$. vna cum Georgij Monachi ἀμαρτωλοῦ Chronico σωλόμῳ Vaticano $C L I I I$. & diuersam compereram, huncque ἀμαρτωλὸν cōieceram anno circiter $D C C C L X$. vixisse, cū suam, & *Theophanis* suæ annexam Historiam ab orbis incunabulis, protendat ad Nicephorum Phocam. perquirendos igitur censebam Codices *Cedreni* exaratos calamo in Bibliotheca Cardinalis *Besarionis* Venetiis, insuper *Georgij Monachi* Chronologiam in Bibliotheca *Vrbini*.

At quia *Georgium Cedrenum* non à *Georgio* solummodò *Syncello*, aut *Theophane*, verum & ab aliis Compendium suum conflavit; indagaram in Bibliotheca *Vaticana* seriem Historicam post *Theophanis* Chronica Græcè conscriptam. quæ incipiebat, vbi desit ille, nempe à fine Imperij Michaelis Cæropalatæ, & rebellionē Leonis Armeni, & in quatuor λόγους distincta erat: primus Leonis, Michaelisque ex Amoria, seu *σαύλου*, res

gestas referebat; secundus Theophili eius filij; tertius Michaelis filij Theophili; quartus demique Basilij Historiam à Constantino nepote scriptam, Leonis Alexandrique filiorum Basilij, & Constantini filij Leonis, quàm & Romani Lacapeni absoluebat. Codex numerabatur CLXVI. cuius auctor se prodebat cognatù, eque posteris Theophanis, iussuq; Leonis Imperatoris sapientissimi ad scribendum appellisse animù, vnde tres tantum priores λόγους, ipsi adscriberem, isque forsitan Leontius est Bizantius; & qui subsequitur Leonis, Alexandri, Constantini, & Romani Historiographus, fortasse *Leo est Grammaticus*, vel è Caria. vt, vt sit *μεινους* erat Codex, & forte Nicephorum Botoniaten pertingebat, sicut ille, quem habet R.P. Labbe, nihilominus exscribendum, & *Barberina* Bibliothecæ pluteis inferendum curavi; in Bibliotheca *Sfortiana* Codice LXI. exstat Chronica rerum gestarum ab initio mundi vsque ad mortem Romani Imperatoris, vt ex Indice liquet.

Lacunas verò supplere, & quæ deerant sarcire non è *Cedreno* tantum, verum & è *Ioannis Scylitzæ* *Curopolatæ* Græco textu decreueram; noueram enim excusos Græcè sub nomine *Ioannis Curopolatæ* *Annales* Venetiis anno MDLXX. seu totam illam Historiam eadem esse, quæ *Cedreni*, exceptis paucis foliis in fine, vti *Gesnerius*, & *Casaubonus* monuerant, exstareque manuscriptam *Ioannis Curopolatæ* filij magni *Drungarii Villa* *Ciliciæ*, (qui floruit ætate *Pfelli*, *Isaacique Comneni*) titulo, sed reuera *Cedreni* in sancti *Saluatoris Bibliotheca*, docuerat me *Fazellus*, sicut & index Bibliothecæ *Sfortiana* in ea Codice LXV. cum Epigraphæ Γεωργίου Ἰωάννου Ἐκκλησιαρχοῦ καὶ αυτοκρατορῶν Ρωμῶν, καὶ Ἰταλῶν πραιφερτ, ab *Augusto* ad *Alexium* vsque *Comnenum* orientem, *Ioannem Scylacem Gesnerus*, *Ioannem Curopolaten* scilicem *Volaterranus* vocant, sed *Ἐκκλησιάζου* disertè *Theodorus Balsamon* in *Canonem* tertium *Concilij Nicæni*

in Bibliot.

in notis ad
Strabon.
lib. 17.

forisè di-
γλωσ
post decad.
lib. 6, c. 1.

pag. 376.
Histor.
Sicul.
Pag. 307.
& 435.

Nicæni, & Canonem LXII. Synodi Trullanæ, laudans eius Chronicon ubi de se Syncello, & fratre Imperatoris Domini Leonis Sapientis Patriarcha Constantinopolitano, & de Theophylacto filio Imperatoris Domini Romani Lacapeni itidem Patriarcha agit; quin & Ioannis Zonaræ, vulgò monachi Notariorum Primicerii, & Drungarii Magni βίβλων, seu vigilum, qui sub Imperatoribus Michaelè Parapinace, Nicephoro Botaniate, Alexio, & Calo Ioanne Comnenis vixit, *Andr. Thevet. lib. 1. vir. Illust. c. 15.* *ἐπιτομὴ χρονικῶν ἀπὸ τῆς κοσμοποιίας*, cuius *Ioannes Cuspinianus* Plagiarius dicitur, cuiusque Codices manuscripti LXII. & LXIV. in *Sfortiana* Bibliotheca reperiuntur, è quibus hic à Diocletiano ad Alexium Comnenum pergit; prætereaque in oculis Cardinalis *Besarionis*, exstant Venetiis, & editi typis è versione Volffii Basileæ MDLVII.

Insuper Annales *Michaelis Glycæ* Siculi, qui ducuntur à primordiis orbis, ad obitum vsque Alexii Comneni, & Latinè tantum habentur editi Basileæ MDLXXII. cum Appendice Ioannis *Leunclanij* Interpretis ad caput tam vsque à Turcis Constantinopolim; vnde Latinè tantum scripsisse Glycæ R. P. *Constantinus Caietanus* hallucinatus est. observandum quoque graviter errasse *Ioannem Meursium*, qui nobis tanquam Theodori Metochitæ foetum, obstruit cum Latina sua interpretatione librum tertium Annalium *Glycæ* Lugduni Batariorum anno MDCXIX. à C. Iulio Cæsare ad Constantinum Magn. & emisit in lucem acceptum à R. P. Ioanne Schotto, idque liquebit illicò conferenti *Michaelis Sicelioris*, forte *Sicelioris*, & *Glycæ* Historia in papyro exstat Venetiis in Cardinalis *Besarionis* Bibliotheca. Itaque è *Georgio Cedreno*, *Ioanne Scylitza*, *Ioanne Zonara*, & *Michaelè Glycæ* animus erat cõtexere seriem Historicam, excerpando Ioannis *Scylitza* eam partem, quæ *Georgium Cedrenum*, desinentem excipit, ab anno Epochæ Christianæ MLVII. ad MLXXXI.

& Alexij Comneni inaugurationem; sicut & Ioannis Zonaræ aliam subsequentem, & Michaelis Glycæ ad obitum vsque Alexij, & annum M C X V I I I. additis etiam libris octo, posterioribus Annæ *Comnena* de vita Patris sui Alexii Augusti, quos ineditos & è Codice Vaticano exscriptos *Barberinam* in Bibliothecam recondideram: successisset Ioannis *Basilici Comnami* Historia Græca, complexa vitas Ioannis & Isaaci Comnenorum Imperatorum Patris & filii, mihi à Clarissimo viro Petro *Arcudio* indicata, & promissa: deinde vero *Niceta* Acuminati Choniæ Græco-Barbaram Historiam manuscriptam Augustæ Vindelicorum, qua vsus est in Notis suis *Vvolfij*, cuiusque indicium debebã *Crusio*, subiungere optabam, & *σφάλματα Vvolfij* in Historiam *Niceta* Græcam editam, ab anno M C X V I I I. ad annum M C C I V. quo Franci Constantinopolim in suam rede gere ditionem; annotare. Certe Historia ab Adam ad Constantinopolis captiuitatem à Latinis, in papyro antiqua, seu *Coniati* exstat manuscripta in Bibliotheca Cardinalis *Besarionis* Venetiis. Atceuissem præterea *Georgium Pachymerem* è Codice *Barberino* manuscripto, sed *Regij*, *Augustani*, & *Veneti* in papyro, varias lectiones expetissem. Demumque Coronidis vice, imposuissem *Theodori Scipi* Spartani Græcam Historiam de Constantinopli à Turcis expugnata, quæ Hydrunti apud *Ladislaum Marci* delitescerat. Ne verò hiaret luxata & interrupta Historia, ex *Anna Comnena* prioribus libris octo, editis Augustæ Vindelicorum ab *Hoefchelio*, anno M D C X: è *Constantini Manassis* excusis politicis versibus publicatis cura Meursii Leidæ M D C X V I. & manuscriptis in Bibliotheca Cardinalis *Besarionis* Venetiis; è *Ioannis Tzesæ* Historia, & *Georgij Logotheta*, siue *Acropolis* Chronico edito à Theodoro Doufa Leidæ M D C X I V. è *Georgij Codini* Curopalatae Chronico, & Historia Constantinopolitana in folio Græcè, ac Latine; è *Nicophori Gregora* Historia publici iuris facta à

Vulſio Baſileæ MDLXII. & manuſcripta in pergamento
 ſeu membrana, & corio rubeo inuoluta in Bibliotheca
 Cardinalis *Beſarionis*; è *Ioannis Cantacuzeni*, ſeu *Ioſephi*
Chriſtoduli Hiſtoria, ab *Andronico* iuniore ad annum
 MCCCLVIII. *Pontani* labore in publicum emiſſa
 Ingolſtadij MDCIII. *Laonicique Chalcocondyla* Hiſto-
 ria Baſileæ à *Clausero* anno MDLXII. & Genevæ
 MDCXV. promulgata Græcè, ac Latinè, & Gallicè à
Blaſio Viſgenerio, & è *Georgij Phrantzii* Protoueſtarij
 Hiſtoria Ingolſtadij Latinè tantum à *Pontano* publica-
 ta, deliſſem, quæ viſa forent ſcitu digniora, & omiſſa
 in auctoribus à me euulgatis; ſicut & conſtitueram
Georgii Syncello & *Theophani* inſerere *ᾠδὴν ἑβόλαι*, ſeu
 reliquias, & fruſtula tam *Ioannis Antiochenſis*, quam
Galeniſis *ᾠδὴ Ἀρχαιολογίας*, qui mihi noti ex *Salmaſij*
 laude; præterea notas aſſuere, atque *ᾠδὴν ἀπὸ μέρους* de-
 cerpta ex Hiſtoria Romanorum ab *Ænea* ad Impera-
 torem *Constantinum*, quæ in Codice *Sfortiano* LXII.
 (niſi ſit *Zonara* *ἁποκρίσεων*. Tomus primus) exſtat; & è
Theodori Anagnoſtæ *Constantinopolitani* Hiſtoria
 Eccleſiaſtica, cuius librorum duorum *Collectanea* ſeu
 fragmenta, Bibliothecæ Patrum ſunt intexta, & legitur
 Græcè caput *πρωτικὸς αὐτῆς πίστεως ἑκδοτικὸς*, in Codice Vati-
 cano MDCLV. p. σλγ' manuſcriptum, quin ipſa Hiſto-
 ria calamo exarata eſt in *Sfortiano* Codice XCVI. niſi
 fallit index; Præterea è *Chronico*, atque Hiſtoria *Eu-
 ſebij*, *Philoſtorgij*, *Theodoretῖ*, *Sozomeni*, *Hermia*, *Socratis*,
 & *Euagrῖ*, ex excerptis, & *Eclogis de Legationibus*, Hiſto-
 riis *Zozimi*, & *Suide*, è *Compendiis Olympiodori*, *Candidi*
Iſauri, *Theophanis Byzantiῖ*, & è variis libris *Hefſychij* apud
Photium, & *Malaxi*, ac *Georgij Codini*, qui omnes ſcri-
 ptores Græcè atque Latinè quæ manuſcripti, quæ editi
 paſſim reperiuntur. Ad hæc ex *Agathia* Hiſtoria Græ-
 cè promulgata à *Vulcanio Leida* MDCXIV. & *Procopij*
 Græcè item ab *Hoeſchelio* *Auguſtæ Vindelicorum*
 MDCVII. & *Ανατόνικ* ab *Alemanno* *Lugduni* Græco-

Latinè *CIΘ IOXXIII* ; E *Theophylacti Simocatta* de rebus gestis Mauritij Imperatoris , quæ Ingolstadij à *Pontano* Græcè, Latinèque in lucem prodiit, narratione , anno MDCIV. & manuscripta exstat in Bibliotheca Cardinalis *Besaronis*, in papyro ; è *Nicephori* Patriarchæ Constantinopolitani Breuiario superscripto, Chronicoque *Alexandrino*, seu Fastis Siculis productis in lucem à *Radero*, Monachij Græcè, Latinèque MDCXV. rursusque in folio , & demum è *Sergio* Historico sive compendium, quem memorat *Vossius*.

Verum conatus omnes isti ceciderunt irriti, & hæc cogitationes deposui, atque penitus abiici, cum sarcina Episcopalis muneris , quod sanctissimus Pontifex *Leo* primus vocauit *onus operum* , grauitatem scilicet illius expertus, mihi tam tenui, tamque impari à *Beatissimæ* memoriæ Pontifice *Urbano VIII.* fuit ingesta ; occupauit etenim animum Pastoralis, sollicitudo, curæque maiores & altiores, atque seueriores disciplinæ, ingenium ab amœnitatibus & deliciis istis ablaetatum distraherunt , alij ergo lampadem arripuerunt , utque mihi significauit humanissimis litteris egregius vir *Sebastianus Cratoisius* , prodierunt iam in lucem Byzantinæ Historiæ aliquot volumina iuxta Catalogum præmissum typis, cui adiungi possunt, quæ sanctus *Ioannes Patriarcha* Constantinopolitanus qui *Chrysostramus* cognominatur, in Epistolam ad Philippenses narrat de Constantinopolitanis Imperatoribus quorumque Paraphrasem misi. *Διήγησις* præterea ἐκ τῆς παλαιᾶς ἰστορίας obsessæ ab Agarenis Constantinopolis sub *Heracleo* Imperatore in Codice *Vaticano* DCXXXIV. quæ à me olim lecta fuit. *Michaelis Pselli* opus Historicum recenset *Leo Allatius*, *Michaelem* verò hunc Ephesium, & ὑπαρῆν τῶν Φιλοσόφων *Cedrenus* appellat, Idem *Allatius* Chronicon Ephræm versibus politicis exaratum , uti *Manassis*, laudat ; Genealogia fratrum *Comnenorum* Venetiis habitantium , ab *Adamo* vsque typis impressa
visitur

Cap. xv.

Lib. de
Psellis.
pag. 68.
pag. 360.
pag. 42.